

Ecclesiasticos admitti non possunt, d. c. infames, c. testes 39. 2. q. 7. Ita ex his tenent Pet. Suar. sup. sect. 3. n. 2. Bon. cin. n. 13. Dian. part. 10. tract. 11. miscellan. resol. 26. in princ. Farin. d. 3. n. 83. Barbof. in collect. ad c. satis per versum, n. 2. 56. distinet. Hurtad. §. 26.

41 Sed cum dubium occurrerit, an officium aliquod publicum censeatur, ut ab eo liberi proditorum excludantur, Princeps, vel Judices ab ipso ad hoc designati, decernere debent, Pat. Molin. d. disp. 658. n. 12.

42 Nobilitas tamen sanguinis, vel privilegii hujusmodi filii non admittitur, nisi ea quae ab ipso delinquente in eos descenderet. Idemque de crimine haereticis dicendum est, Simanc. d. tit. 29. n. 18. Pat. Suar. d. disp. 24. n. 7. Menoch. conf. 1128. num. 45. Pat. Hurta. l. sup. §. 17. Sanch. qui late agit; c. 29. per totum, Tiraquell. de nobilitat. cap. 35. n. 4. Azeved. in l. 3. n. 29. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Villadieg. in foro juzgo, in prolog. leg. 11. n. 72. Gurtier. q. 53. n. 8.

43 Praeterea possunt succedere in majoratum ab alio, quam a patre reo Majestatis institutum, antequam per sententiam condemnaretur; etiam si sub primogenio iurisdicio, vel dignitas, ut Ducatus contineatur: quod similiter in filiis haereticis obtinet, Sanch. omnino videndus de utroque latissime agens c. 30. per totum, Molin. de primogen. l. c. 11. ex n. 50. quamvis n. 54. relinquat cogitandum, ubi Ad. dition. Menoch. conf. 805. ex n. 45. & conf. 808. n. 44. cum seqq. Pat. Molin. sup. n. 25. Villadieg. ubi proxime, n. 76. 81. Simanc. d. tit. 29. n. 271. Sed si primogenium fundaretur, patre jam damnato, filii ad illud admitterentur, modo per donationem inter vivos fuisset institutum, nam ex ultima dispositione succedere non poterunt, cum ex d. l. quisquis, acquirere ultima voluntate, non ex contractu prohibeatur, Sanch. c. 29. n. 10. 11. Gregor. Lop. in d. l. 2. glof. 10. column. 2. tit. 2. part. 7. Molin. dist. cap. 11. n. 50. vers. Ceterum, Ideo autem cum alius, quam delinquens patrens fundavit majoratum, distinctionem fecimus in hoc ultimo casu, quando scilicet post patrem condemnatum primogenium sit, & non in priori, quoniam filius proditoris succedere potest, etiam ex testamento, quando jus invariabile, sive spes succedendi praecedat patris damnationem, haec enim per patrum delictum non aufertur; cumque ad succedendum in majoratum omnes vocari talem spem nascendo consequantur, lex jus jam quaestum filiis praedictorum non admittit, nec privas eos bonis, aut officiis ante crimen patris obientis, Sanch. cap. 28. n. 10. Pat. Hurtad. §. 18. quae quidem spes a tempore institutionis primogenii censeatur acquisita, ut observant Sanch. c. 30. n. 11. Molin. n. 52. Pat. Molin. sup. quibus accedunt Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 91. vers. Tertio, non obstat, Anton. Corbul. tract. de jur. emphyteutic. tit. de caus. privat. ob mor. c. vil. n. 28. Menoch. conf. 805. n. 31. Ant. Conc. in d. l. quisquis, verb. omnium & proximorum successione. Hi enim affirmant, filios proditorum non privari successione, ad quam spem certam habebant, antequam parentes damnarentur; atque ideo in priori specie, sive majoratus instituat per contractum, sive per ultimam voluntatem, ad successionem hujusmodi filii sunt admittendi. At in posteriori casu, non nisi primogenium per contractum fundetur sed constituitur, quia tempore paternae damnationis de crimine, nullam spem certam ad succedendum in majoratum nondum constitutum habere poterant; quare incapacitas succedendi ex ultima voluntate ipsis obest. Quae omnia ex mente DD. quos hic laudavimus aperte colliguntur.

44 Sed occurrit dubium, si post condemnationem patris, ei filius nascatur, num hic possit succedere in majoratum antiquum in ultima voluntate insti-

utum? videtur enim nullam spem successionis quaeri ei posse, antequam editus sit argument. l. ejus, qui in provin. ia, ff. si cert. petat. cumque nativitate tempore inhabilis invenitur ad succedendum ex testamento, dici non potest, spem succedendi fuisse ante incapacitatem quaestam, quo cessat ratio supra tradita.

Nihilominus idem & de hoc filio ac de jam natis, cum pater damnabatur, sententiam est: etenim ex quo majoratus fuit institutus omnibus successoribus in infinitum, spes cessit succedendi; quae quidem ei, qui in utero est acquiritur, argum. l. qui in utero 7. & 26. ff. de stat. homin. poenas autem ob paternum crimen non incurrit antequam nascatur, cum jus pro natis habeat, qui in utero sunt, quando de eorum commodis tractatur, non alias, d. l. qui in utero 7. l. fin. ff. de collat. bonor. unde prius quaeritur jus ad succedendum, quae inhabilitas superveniat, quae, ut dictum est, spem jam quaestam auferre non valet.

Sed videbitur alicui, quod secundum haec poterit succedere in majoratum post patris condemnationem institutum in ultima voluntate, qui nascitur post institutionem, quia prius acquisivit spem successionis, qua poenam incapacitatis incurreret. Negatur tamen paritas, cum in prima specie vocatio fuerit facta tempore habili in secunda vero, contra prohibitionem legis fundator vocaverit proditoris filium, atque ideo non constitit a principio dispositio ob incapacitatem vocati, l. si alienum 49. §. 1. ff. de haeredit. instituend. §. in extraneis, l. ff. de haer. d. qualis.

Verum quando parens, qui majoratum instituit, Majestatem Divinam, vel humanam offendit, est distinguendum: nam aut cum fecit ante delictum, vel post illud; hoc casu corrumpitur majoratus; illo, adhuc subdistingendum est, etenim si fuit per contractum revocabiliter, vel irrevocabiliter primogenium institutum, sustinebitur, filiique fundatoris rei succedent; secus si per ultimam dispositionem, quoniam his, ut paulo ante dicebamus, acquirere ex contractu, non ex ultimo elogio permillum est. Ita Sanch. d. c. 30. nu. 13. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 91. vers. Advertendum tamen, Molin. d. cap. 11. n. 23. Pat. Molin. disp. 759. per totum.

Supra dicta absque difficultate procedunt in primogeniis, quibus iurisdicio, vel dignitas annexa non est, ubi enim majoratus Ducatus, Marchionatus, vel saltem iurisdicio accedit, merito potest dubitari, an liberi haereticorum, aut proditorum, sint admittendi; tum propter infamiam, tum quia jure prohibentur officia, vel dignitates obtinere; quae propter eos excludi debere, probat Parlador. different. 108. §. 1. nu. 4. Gregor. Lop. d. glof. 10. col. 2. Gurtier. qui alios laudat, q. 54. ex n. 14. ubi testatur, per Supremum Castellae Senatum filio haeretici fuisse adjudicatum aditum primogenium, usu dignitatis interdicto, quae illi erat annexa; & Molin. n. 54. dubitat, quibus jungendi sunt, qui absolute docent, filios hujusmodi delinquentium a quocunque majoratu repellendos, ut Did. Per. in l. 1. col. 7. vers. Sed circa praemissa, tit. 7. lib. 8. Ordament. Burg. de Paz. in quaest. civilib. quest. 7. a numero 57. sed DD. relati sup. n. 43. respondent, haec procedere, cum dignitas principaliter quaeritur; secus si per consequentiam, ut in majoratu contingit, cui dignitas est accessoria, multa enim, quae directo fieri non permittuntur, per consequentiam licet ut fiant, l. 1. ff. de auctor. tutor. l. quod dicimus 7. eod. tit. l. si is, qui 30. ff. de liberat. legata. leg. si aliena 10. §. 1. ff. de usuc. l. in iudicis 24. ubi Glot. verb. accessit, ff. de contrab. emp. c. ex litteris 7. de jur. patronat. Haec tamen solutio scrupulo non caret, ut colligitur ex l. athletes 4. §. 1. vers. Sive autem ff. de iis, q. notant. infam. l. in fraudem 10. ff. de iis, quib.

ut in ligni. Nihilominus quamvis dubia sit quaestio prior sententia Sanch. & aliorum tradita supra, d. nu. 43. amplecti ex eo debet, quod dist. l. quisquis, & omnes, quae pro alienis criminibus poenas non delinquentibus irrogant, sunt odiosae, & quantum fieri possit, restringendae, cap. odia. de reg. jur. in 6. Merlin. d. quest. 30. n. 26. Cevall. dist. quest. 683. ad finem, Tusch. lit. P. concl. 212. nu. 33. Guazzin. de defen. reor. dist. defen. 33. n. 9. Gaball. resolut. criminal. cas. 149. n. 19. Menoch. de arbitrar. cas. 343. n. 11. Surd. decis. 167. n. 14.

47 Soler quaeri, an propter crimen laesae Majestatis a matre commissum filii incidant in poenas, de quibus in d. l. quisquis, & partem affirmativam sequuntur, Glof. verb. minus ausuras, in d. l. quisquis, ubi Cyn. Alexand. in tract. de malefic. verb. che ay tradito la patria, n. 12. Jul. Clar. d. §. laesae Majestatis, n. 13. vers. Quero etiam, Pat. Molin. d. disp. 658. n. 12. Negativam vero magis communiter DD. tenent: Greg. Lop. in dist. l. 2. glof. 6. Alber. in dist. l. quisquis, Hostiens. in cap. urgentis, de haeretic. Decian. sup. dist. capit. 41. n. 14. Merlin. dist. quest. 30. n. 21. Farinac. d. quest. 116. §. 3. n. 110. Gigas sup. quest. 17. a n. 3. Peregrin. de jur. fisci. l. 3. tit. 9. n. 6. constitutio enim d. l. quisquis, quae solum loquitur de patre delinquente, ad matrem, cum illa odiosa sit, extendenda non est; maxime ubi diversitatis ratio reperitur; nam filii matrem non repraesentant, nec sunt de ipsius familia; l. pronuntiatio 195. in fine, ff. de verbor. significat. nec tam similes matri, quam patri quoad mores existimantur, propter perfectionem feminis, quae in eo solo est; Lotter. n. 66. 69. nam foeminam cum ipso non concurrere in generatione; docuit Aristotel. de generat. l. 2. c. 2. Frederic. de Senis conf. 301. n. 1. vers. Ita opinio, Lotter. d. quest. 28. n. 66. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 21. n. 10. 11. ubi plures, etsi contrarium probabile sentiat, foeminaeque non ita audaces sunt, ut viti ad facinus arduum proditionis aggrediendum, d. l. quisquis, §. Ad filias, in fine: quare oportet, ut hi magis, quam illae poenam liberis statuta, terreatur. Sed cum communis DD. sententia probet filios haereticorum poenas incurrare; quae sunt in filios haereticorum stabilitae, ut constat ex allegatis; sup. n. 35. quare aliud est dicendum in crimine laesae Majestatis humanae? Cui objectioni potest responderi, tum quod foeminae passim labantur in haeresim, ut experientia docet; peritiam humanam Majestatem offendunt, notant Gregor. Lop. Clar. & alii proxime adducti, atque ita acrius puniendum est scelus, quod frequentius patrat, l. aut facta 16. §. ult. ff. de pen. l. 8. tit. 31. p. 7. ubi Greg. Lop. glof. 10. Tum infectio sanguinis materni, quantum influat in liberos, ut in haereticis pravitate incidant, neminem fugit; quapropter cum in eis materni flagitii exempla meruantur, juste coequentur; sed an vitio matris, quae in humanam Majestatem deliquit, ejus descendentes afficiantur, ut materna sequantur vestigia, nullus scire potest, cum mulieres tale crimen committere, ferè nunquam eveniat.

Ad Num. 2.

48 Nepotes ex filio ejus, qui Majestatis reus damnatus est, easdem poenas incurrun, quas filii, ex d. l. quisquis; quae extensio nititur constitutioni Imperatoris Federic. cujus hic D. Covar. meminit; verba ejus sic se habent; Reos laesae Majestatis in personis eorum, & liberorum suorum exheredatione damnatus. Multo fortius; justiusque contra Dei blasphematores, & Catholicae fidei detractores provocamur; eo-

Faria addit. ad Covar. Tom. 4

rundem haereticorum, receptatorum, fautorum, & advocatorum suorum haereticorum, & posteros usque ad secundam progeniem beneficiis cunctis temporalibus publicis officiis, & honoribus Imperiali auctoritate, privantes. Quae constitutio fuit edita Paduae anno 1254. extraque apud Sanctum inquisitionis Tribunal sub Bulla Pontificia, quam referunt Peña in dist. rector. ad finem, int. liter. Apostolic. pro Offic. Sanct. Inquisit. Cyn. in d. l. quisquis, in fine quaestionum, Alberic. ibi col. 3. quam ampliationem tuentur Ant. Gom. d. c. 2. n. 15. & in l. 40. Taur. n. 91. vers. Tertio principaliter, Sanch. cap. 28. n. 2. Molin. d. cap. 11. n. 50. Jul. Clar. sup. n. 13. Menoch. d. lib. 5. praef. 34. ex n. 12. Gurtier. sup. cap. 30. n. 30. Gig. dist. tit. de pen. quas filii incur. quest. 15. n. 17. Farin. n. 89. Greg. Lop. etsi dubius in d. l. 2. parit. glof. 5. post medium Pat. Molin. sup. n. 20. Butrigar. in dist. l. quisquis, col. 2. in fine, vers. Modò quero. Joan. de Platea in §. Publica autem, col. 2. vers. Item habet locum in nepotibus, l. ff. de public. judic. Peregrin. sup. lib. 3. tit. 9. n. 5. secus in avia delinquente, Farin. sup. Ant. Gom. dist. n. 15.

Sed de jure Regio talis ampliatio non procedit, cum in d. l. 2. tit. 2. p. 7. nulla nepotum mentio fiat, ut notant Gregor. Lop. Pat. Molin. & Sanch. ubi proxime, Gurtier. sup. d. q. 52. n. 6. quibus accedunt idem sentientes Pichard. in d. §. Publica autem, ex n. 14. Gom. Vaio in prax. q. ult. n. 58. & probatur ex l. 3. ad medium, tit. 8. lib. 8. Recopilat. Nec refragatur l. 6. tit. 13. p. 2. ubi dicitur, omnes descendentes notari ob proditionis crimen; nam debet intelligi de infamia facti, prout advertit ibi Gregor. Lop. glof. 2. quem Pat. Molin. & Sanch. sequuntur, qui omnes dubitant, an de jure communi, opinio contraria vera sit? secundum quod nepotes non teneri poenis d. l. quisquis, docent Decian. dist. lib. 7. c. 4. n. 7. Merlin. d. quest. 30. n. 15. quibus consentit Pichard. sup. qui generaliter loquitur.

Ad Num. 3.

Filii, ac nepotes haereticorum illegitimi, etiam ex quocunque damnato complexu procreati, modo pater certus sit, poenas jure impositas non aliter, ac legitimi sustinent; nam cum in illis eadem ratio militet, non debent melioris esse conditionis, quam isti; Menoch. d. lib. 5. praef. 33. ex n. 9. Sanch. cap. 27. n. 1. Simanc. dist. tit. 29. n. 16. Pat. Suar. de cens. disp. 43. sect. 3. n. 2. Surd. conf. 386. n. 6. Jacob. de Grass. in aureis decis. lib. 2. cap. 11. n. 19. Azor. tom. 1. lib. 8. c. 13. quest. 8. in 8. haereticor. poena, Farinac. dist. quest. 191. n. 54. Sanctarel. sup. cap. 36. dub. 1. n. 5. Ricciul. dist. cap. 30. n. 1. Peña part. 3. comment. 163. Pat. Hurtad. sup. §. 24. Dian. part. 4. tract. 8. resol. 76. vers. Nota etiam, Lotter. sup. n. 71.

Idem juris est de liberis reorum Majestatis humanae, Molin. c. 11. nu. 56. Sanch. & Menoch. ubi proxime, Gregor. Lop. d. glof. 5. ad medium. Gig. d. tit. de pen. quas fil. incur. q. 7. Pat. Molin. d. disp. 658. n. 12. Clar. nu. 11. Farinac. dist. §. 3. n. 86.

In adoptivis vero, cum cessent rationes dilectionis paternae, ac sanguinis infectionis, ob quas filii ob parentum scelera poenas dant; d. l. quisquis, locum habere non potest, imò eisdem legitima debetur, cum alias de jure praestaretur, nisi delictum adoptionem praecedat: quod etiam in haereticis intelligendum est, ut per Farinac. n. 116. Sanctarel. sup. Ricciul. ex n. 7. Gig. quest. 7. n. 6. Decian. ubi proxime, n. 6. Quando autem adoptatis, vel arrogatis liberis legitima debeatur? fuse tradit Merlin. sup. lib. 1. tit. 2. q. 2. per totam. Quae conclusio videtur amplianda, etsi avus maternus nepotem adoptaverit in filium;

X 2



filius, posteaque in crimen Majestatis incidit; nā causa, & proximitas naturalis debet attendi, nec veritas imagine naturæ, qualis est adoptio, potest obumbrari; l. filio, quem pater 23. ff. de lib. & posth.

33 Sed emancipati filii pœnis præfatis subjiuntur, ac si in potestate existerent delinquentis; ex rationis identitate, ut notat Greg. Lop. in d. l. 2. glos. 5. in princip.

Ad Num. 4.

54 An filii hæreticorum beneficiis obtentis, ante quam parentes notorietate, aut sententia hæresim commississe constet, privari debeant? est quæstio satis controversa, de qua fusè Sanch. d. c. 28. n. 27. Ojeda de incompatibil. beneficior. cap. 23. ex n. 100. & alii ex eis, quos statim laudabimus. Suntque duæ oppositæ sententiæ. Affirmativam tuerent Flamin. de resignat. beneficior. l. 3. q. 1. n. 34. Decian. sup. l. 5. cap. 20. n. 5. & cap. 45. n. 6. Gig. sup. l. 3. q. 11. in fine, Peregrin. d. l. 3. tit. 10. nu. 2. Roman. sing. 603. Garcia de benef. tom. 2. part. 11. cap. 10. n. 72. 71. Lambertin. de jur. patronat. l. 2. part. 1. q. 9. n. 7. alijs 11. Gassald. de Imperator q. 118. n. 13. Beroi. in cap. item cum quis, n. 43. de restitut. spoliator. Muscatell. in prax. crimin. tit. de crimin. l. 1. Majestat. Divin. & human. in fine, Grassis, sup. l. 2. cap. 11. n. 11. & secundum hanc sententiam judicasse Rotam post longam discussionem, testis est Marefcot. variar. l. 2. c. 35. n. 10. quamvis ibi iudicium suum non interponat, Tusch. lit. H. conc. 101. n. 3. Lotter. de re beneficiar. l. 3. q. 28. à n. 81. ubi n. 99. quid si mater sit hæretica.

Negativam verò partem, & sic quod filii hæreticorum, nec jure ipso, nec per sententiam possint prædictis beneficiis privari, cum D. Covar. amplectuntur, Pat. Suar. d. disp. 24. sect. 3. n. 5. Hurtad. §. 13. Sanch. n. 28. Menoch. conf. 808. n. 36. Dian. part. 4. tract. 8. resolut. 76. vers. Verùm contraria, Rebus, in prax. benef. tit. de mod. amittend. benef. n. 25. Gutierrez. sup. quest. 53. à n. 3. Montalu. in l. 4. verb. dignitad. ad finem. tit. 26. part. 7. Zechi, in summ. tom. 1. tit. de fid. c. 11. n. 16. Carrer. de heretic. n. 141. Azev. in l. 1. n. 206. tit. 3. l. 8. Recop. Azor. sup. in 8. hereticor. pœna, Afflic. l. 3. feudor. tit. quæ sine regal. §. Et bona committentium, Ojeda sup. Param. de origin. inquisit. l. 3. q. 5. n. 203. Jul. Clar. d. §. Hæresis, n. 6. Otalor. de nobilit. part. 4. cap. 9. n. 9. Simanc. d. tit. 29. n. 2. & in enchirib. judic. tit. 63. n. 9. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 114. vers. Quinimo filii hæreticorum, Peña d. comment. 163. col. penult. vers. Sententiam superiori oppositam, & quicquid de jure sit, consuetudine obtinuit, ut beneficiis non priventur obtentis, ut notant Tusch. sup. n. 4. Simanc. d. tit. 29. n. 7. Clar. ubi proximè, Gutierrez. Canonicar. l. 2. cap. 30. n. 38. Ojed. sup.

56 Quæ assertio ampliatur ad beneficia, quæ filius habuit post paternum crimen, priusquam sententia de eo fuisset lata, vel alias confessione in judicio, aut notorietate parentem hæreticum esse apparuisset; nam ipsa, jure poterit retineri, cum ad hoc hæresis ascendens non officiat, nisi postquam modis præfatis manifesta sit; Sanch. n. 31. Simanc. Penna ubi proximè, Pat. Suar. de cens. disp. 43. sect. 3. n. 2. Hurtad. §. 25. Fallit tamen si ad preces patris hæretici, etiam occultis, beneficium filio fuerit datum, Sanch. n. 29. 31. Montalu sup. Pet. Greg. syn. 29. part. 3. l. 33. n. 31. Quod generaliter statutum est in c. 2. §. Ad hæc, de heretic. in 6. Etenim, is qui precibus hæretici Ecclesiasticum consequitur beneficium etiam ignorans, eo privatur; quòd si sciens, ad alia obtinenda itidè inhabilis redditur Ita Azor. ubi proximè, Sanch. dict. n. 29. Gonçal. ad reg. 8. Cancel. gl.

15. n. 68. Marefcot. sup. n. 9. Aug. Barb. de potest. Episc. part. 3. allegat. 57. n. 230. Per. Greg. supra c. 8. n. 3. Postquam autem patris crimen notoriè detectum est, filius, si aliquid beneficium adipiscatur, ipso jure privatur eodem, Sanch. n. 33. Hurtad. §. 25. ad finem. Hinc est, ut post notorietatem hæresis paternæ, nequeat filius beneficium, quoad antea obtinuerat, licitèque retinet, permutare; cum inhabilis sit ad acquirendum beneficium alterius permutantis; quare si permutatio fiat, eveniet, quòd utroque careat, obento, quod possidebat, quia illud dimisit per resignationem; obtinendo, propter incapacitatè, Sanch. n. 33. 34. Flamin. sup. l. 11. q. 5. n. 27. quod intelligit etiam de notorietate facti, Dian. alios interens, d. resolut. 76. vers. Notandum est etiam, Sanch. d. c. 27. n. 28.

Ibi: Cui quæstioni præmittendum est.

58 Quoties prohibetur aliquis, ne possit ad officia vel beneficia accedere, non censetur illis, quæ jam possidet, spoliari, Glof. verb. obtinenda, in Clement. 1. de pœnis, Sanch. c. 28. n. 28. Cardinal. in dict. Clement. verb. ipsius, n. 3. q. 2. Imolan. 18. vers. Glof. sa, obtinenda. Bonifac. n. 54. Per. Barbof. in l. cum prætor. §. ult. n. 186. ff. de judic. Lotter. sup. n. 60.

Ibi: Sic licet infamias.

59 Infamia facti notatus quamvis prohibeatur Eccl. clesiastica adipisci beneficia, ea, quæ possidet tempore, quo illam incurrit, non admittit, Petr. Barbof. ubi proximè, Henric. in summ. l. 13. c. 38. §. 3. ad medium, Campanil. in diversor. jur. Canon. rubr. 11. n. 5. in fine, Garc. de benef. part. 7. ca. 8. nu. 35. 36. sed infamia juris aufert obtenta; Lotter. de re benef. l. 3. quest. 33. ex n. 59, ubi quod desideratur sententia privationis.

Ibi: Quo in loco adnotandum est.

60 Hæreticos beneficiis, etiam ante crimen posse, si privari, nulli dubium est per text. in c. ad abolendam 9. §. Præfatis, de heretic. Illud verò solet disputari, num talis privatio ipso jure contingat, vel sententiam contra eosdem ferri desideretur? hoc ultimum sustinent Simanc. de Cathol. instit. tit. 46. n. 71. 72. Gomez ad Regul. Cancellar. reg. de annal. possess. q. 52. Pat. Vazquez 1. 2. disp. 172. c. 2. n. 11. Henric. sup. l. 33. de excommunicat. c. 56. n. 2. Salced. ad Bern. Diaz. sup. c. 114. lit. A. quibus accedere videretur Hurtad. d. tract. de Fide, disp. 87. sect. 2. §. 16. ac de jure posse defendi, fauetur August. Barbof. sup. d. allegat. 57. n. 37. à quibus non omnino discedit Pat. Suar. de Fid. disp. 21. sect. ult. n. 18.

61 Nihilominus oppositum; scilicet sententiam opus non esse, communiter placet; ut docent Bernard. Diaz. d. c. 114. n. 2. Penna sup. part. 3. q. 113. comment. 162. Sanch. c. 26. n. 6. Marefcot. d. c. 35. n. 1. Garc. sup. part. 11. c. 10. n. 6. Fatinac. de hæres. q. 189. ex n. 69. Menoch. de arbitrar. l. 2. cas. 416. n. 61. Spin. in specul. testam. glos. 12. rubr. n. 45. Azeved. in l. 1. n. 203. tit. 3. l. 8. Recopilat. Flamin. sup. l. 3. q. 1. n. 32. Rebuff. d. tit. de mod. amittend. benef. n. 4. Ricciul. sup. l. 5. cap. 19. n. 19. Reginald. in prax. for. pœnitent. l. 30. tract. 3. n. 318. Rot. decis. 707. 718. l. 3. part. 3. diversor. Lotter. sup. d. q. 28. ex n. 20. ubi quod idem est in crimine læsæ Majestatis humanæ, de quo latè q. 30. per tot. & quid de Principe sæculari, ex n. 142.

62 Est tamen adnotandum, etiam juxta hanc posteriorem sententiam, hæresis reum ante sententiam, qua

qua ut talis damnetur, astrictum non esse ad dimitendum beneficium, suosque interim post scelus admittum fructus facere Sanch. n. 7. Menoch. n. 62. cum sequentib. Flamin. n. 48. & alii apud Sanch. qui n. 8. ait, idem esse post sententiam antequam per Judicem exequatur; nisi in ea præcipiatur hæretico, ut illicem beneficia dimittat: Sed post condemnationem, seu executionem, fructus perceptos ex die, quia in hæresim lapsus est, restituere compellitur, Sanch. cum alijs n. 10.

Ibi: Ipsi verò hæreticorum fautores.

63 Fautores, vel receptatores hæreticorum, beneficia jam ante delictum obtenta ipso jure non amittunt; sed sententia prius in eos ferenda est: Sanch. n. 15. Peña d. Comment. 162. n. 13. Hurtad. d. disp. 88. §. 38. Pat. Suar. ubi proximè, disp. 24. sect. 1. r. 15. Decian. sup. lib. 5. cap. 51. n. 3. Sanctarel. cap. 11. n. 32. Grilland. in tract. de heretic. quest. 9. n. 1. Lotter. d. q. 28. n. 9.

Ad Num. 5.

64 Percelebris quæstio est, utrum filii hæreticorum ante paternum crimen concepti com. rehendantur sub cap. 2. §. Hæretici, de heretic. in 6. & alijs, quæ in liberos eorum stabiliunt? de qua ultra paulò inferius allegavimus, differunt latissimè, ac rectè Sanch. d. cap. 27. ex n. 6. Escob. de purit. sanguin. p. 2. quest. 4. §. 4. n. 34. cum seqq. Gutierrez. de delict. q. 51. à n. 3.

65 Est obiter prænotandum, quòd licet DD. communiter in hac controversia loquantur de filiis natis ante hæresim, sunt intelligendi etiam de conceptis; nam qui in utero est; quoties de ejus commodis, ut in præfatis, disputatur, pro nato habetur; l. qui in utero 7. & 26. ff. de stat. homin. lib. 2. §. Si ad tempus ff. de Decurionib.

66 In hac igitur controversia, est pro utraque parte communis opinio; & negativè responderunt benignè Tiraq. de jur. primogenitur. q. 71. n. 4. Eman. Suar. in Thes. u. receptor. sentent. lit. H. verb. Hæreticos condemnari, n. 117. Clar. d. §. Hæresis, n. 17. in fin. Bonacof. commun. verb. Hæreticorum bona, Mieres. de majorat. p. 2. q. 4. illat. 2. n. 7. in prim. edit. Torreblanc. de Magia, lib. 3. cap. 12. n. 48. Molin. d. c. 11. n. 54. D. Juan. Vela de pœn. delictor. c. 21. vers. Secundo puniuntur, Villadieg. in foro juzgo ad prolog. l. 11. n. 29. Pat. Molin. d. disp. 658. nu. 21. Simanc. in Enchirid. judic. tit. 63. n. 10. Sanch. sup. n. 10. Hurtad. sect. 2. §. 20. ubi testatur, filium hæretici combusti ex sententia Supremi Regii Senatû Castellæ, paternum Comitatum obtinuisse, & ad egregiam militarem dignitatem assumptum fuisse: quod idèd ita contigisse, observat, quoniam ante patris delictum fuerat gemitus, Tusch. sup. d. concl. 102. n. 37. Sanctar. cap. 34. dub. 2. n. 11.

67 Affirmativam tamen, videlicet prolem conceptam priusquam parens hæresis labem contraheret, pœnas non effugeret: sequuntur cum D. Covar. Menoch. dict. præsumpt. 33. ex n. 17. Gutierrez. d. c. 30. n. 37. & d. q. 51. n. 5. Lotter. d. q. 28. n. 72. Farinac. dict. q. 191. §. 2. n. 57. 58. Cast. de leg. penal. lib. 1. c. 7. docum. 2. corollar. 1. Didac. Perez in l. 1. col. 6. tit. 7. l. 8. Ordinam. Dian. sup. resolut. 74. Petr. Barbof. in l. 1. part. 4. n. 85. ff. solut. matrim. Ant. Gomez d. c. 2. n. 16. Azor. l. 6. c. 4. q. 3. vers. Dubie quæstionis est: Merlin. d. tract. de Legitim. l. 3. tit. 1. q. 31. n. 29. Pat. Suar. de censur. disput. 43. sect. 3. n. 2. Menchac. de success. progres. l. 1. §. 1. n. 168. Avendan. in l. 4. Taur. August. Barbof. in col. Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

68 lehan, ad c. Statutum 15. n. 3. de heretic. in 6. P. ius d. comment. 163. vers. Omisiss tamen: Rota apud Ricciul. d. c. 30. n. 27. & apud Marefcot. d. c. 35. n. 9. vers. Rota tamen. Sicque servari in Sanctæ inquisitionis Tribunalibus affirmant Roxas de heret. part. 2. n. 356. Peña ubi proximè, Ojed. sup. part. 1. c. penult. n. 99. Perez in l. 3. vers. Despues que fixo la traction tit. 9. l. 4. Ordinam. Simanc. d. tit. 29. n. 22. Et ita per Supremum Castellæ Senatû in causa gravi fuisse judicatum testis est Gutierrez. d. quest. 51. n. 9. vers. Possedè paucis diebus.

Ratio hujus amplectendæ opinionis est, quia cum ideo filii puniantur ob paternum crimen, ut homines magis à delictis abstineant metu pœnæ liberorum, in quibus vehementius, quàm in se ipsis terrentur ac cruciantur, Dia. d. res. 74. & dictum est sup. n. 24. Hæc causa puniendi pariformiter reperitur in filiis natis ante hæresim, ac post ipsam procreatis; quare in utrisque eadem juris dispositio servari debet, l. illud. 32. Cum vngaris, ff. ad leg. Aquil. Quamvis Sanch. & sequaces sentiant, filius idèd puniri, quoniam in eis propter sanguinis infectionem paterni sceleris exempla metuantur: ut inquit Cæsares in dist. l. quisquis, §. 1. quæ infectio in jam natis, vel conceptis tempore admittæ hæresis considerari non potest: etenim verius est, hanc non esse præcipuam rationem, sed primò traditam, quod expressim notavit Menoch. d. præf. 33. n. 8. & rectè: quia cum hæc præsumptio parum sit efficax, sæpissimèque fallat, Simanc. de Catholic. instit. tit. 50. n. 11. Menoch. de præsumpt. l. 1. q. 15. n. 25. tanti habenda non est, ut ex ea insones filii pœnis afficiantur; siquidem quotidè evenit, ex optimis parentibus sceleratos filios nasci, ut ex Abraham Isaac, ex Isaac Esau, ex Samuele Joel, & Abia, ex Fideli Davide rebellis Absalom, ex Imperatore Marco Aurelio Commodus, ex Scipione Africano tam indignus filius ortus est, ut de eo Valer. Maxim. l. 3. obscuritatem ex maximo splendore exortam dixerit. In quo est maximè observandum, nullum ex claris, illustribusque viris Romanis sibi similes, sed vilissimos filios reliquisse, ut testantur Avid. Cass. in vita Imperat. Severi: Pog. Florent. l. de infelicit. Princip. Petr. Crimit. de honest. disciplinâ, l. 21. Per contrarium ex pravis, turpibusque genitoribus probi, & inclyti filii prodierunt, ut à Saule Jonathan procreatus est, ab Achaz Rege Iuda Ezechias, ab Amon, qui etiam regnavit in Iuda, Iosias, à Levigildo Gotho Hispaniæ Rege Ermenegildus, & Reccaredus: de quo D. Chrysofom. super illud Matth. cap. 3. vers. 9. Patrem habemus Abraham, &c. Ubi ait: Quia Timotheo nocuisse creditur, quod patrem habuit Tharam Luceorum Deorum cultorem; nonne separatus à genere suo pœstris est in caput Fidei, ut non jam diceretur filius peccatorum, sed Pater Sanctorum? nec potuerunt ejus gloriam sordidare paterni errores. Virgil. l. 7. Aeneid. de Mezentio, & Lauso ejus filio agens ita canit.

Dignus, qui Latior esset, Imperiis, & cui pater haud Mezentius esset.

Similiter pater idem non immutatis maribus filios pessimos, ac optimos solent generare, prout communi contigit parenti Adamo, Abraham, Isaac, Imperatori Vespasiano, & inumeris alijs frequentissimum est, ut notant Menoch. sup. l. 6. præf. 58. n. 10. cum seqq. Tiraq. de leg. connubialib. l. 7. n. 9. Aug. Barbof. in collectan. ad c. non debet 22. ex n. 5. de reg. jur. in 6. Indè non præsumptionem; sed suspicionem, quod filii parentes imitaturi fuerint, sentit Alciat. de præsumpt. reg. 1. præf. 24. n. 1. quem refert, & sequitur Menoch. num. 10. Atque ita ratio puniendi filios ob delictum patris, non est timor paternæ